



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Eligivs Ep. 1. Decembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

## D E C E M B E R.

S. ELIGIVS EP. I. Decembris.

QVAM altum ELIGIVS virtute sua  
 evolaturus in calum esset, aquila  
 monstravit parturienti matri per som-  
 num visa. Puer artifici instituendus  
 traditus, artem eam non multo tem-  
 pore ita perdidicit, ut nemo alius hac  
 tam gratus Regi Clotario esset; tunc  
 precipue ubi fidem suam ita probavit,  
 ut ex auro, ex quo sellam unam tantum  
 facere iussus erat, geminas concin-  
 naret. Interea tertiam sedem calo  
 aggressus parare, animum suum, hic  
 demum artificem se ostendit: quando  
 lacrimis hunc perpolivit, asperis poenitentiae  
 studiis scalpsit, omnibusque  
 virtutibus ita exornavit, ut ad spectaculum  
 Calites traheret. Etenim ex his  
 unum aliquem, cum de more noctem  
 ante hierothecam sacrarum reliquiarum  
 infomnis inter preces traduceret,  
 ipse vidit rataeque preces suas apud  
 DEVM esse intellexit, mox caput rose  
 tam copioso perfusus & tam suavi est,  
 ut jam minime lacrimarum poeniteret,  
 quibus hunc deliciarum imbrem provocaverat.  
 Iam quidquid arte sua coradebat,  
 ELIGIVS id onine non jam  
 ELIGII sed pauperum & captivorum  
 lucrum

lacrum erat. Ad hos iuvandos, nec aliò Regum benevolentia utebatur, à quibus, cum jam miraculis etiam clarus esset, Episcopus Noviomensis dicitur, cum eo in munere Apostolus Flandria dici meruisset, cœnobìa plura fundasset, corpus etiam S. Quintini Mart. repertum terrâ eruit, vicemque ipsius suum huic mandavit. Ex *Lippeloo.*

## S. PHILARETVS CONF.

1. Decembris.

**P**aphlagonia PHILARETVM genuit rusticę sortis hominem, sed qui sementem egregie facere novit. Cum enim optimos agros non malè existimaret pauperes esse, in hos liberali manu disseminare sua non prius abstulit, quàm ipse denique egeret. Non tamen fidem fefellere optimi coloni tam bene culta arva. Etenim cum Irene Imper. filio Constantino sponsam diu circumspiceret, Maria demum, formæ id temporis unicum miraculum eademq; PHILARETI neptis placuit. Igitur Maria ad regium thalamum, PHILARETVS ad summos honores, Consulatum evocatur. Hic verò noster ab aratro Consul in id potissimùm incubuit, ut pauperum necessitati consuleret. Nimirum vidisses proletarios & uno capite prius censos censum jã Consulis nu-